UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De s[an]cta Thaide meretrice. Cap[itulum]. xxxviij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

cōpuncta: ꝙ ei statim per nunciū litteras misit supplicans: vt quia christus sicut ipa audierat pro peccatoribꝰ in mūdū venisset: ipam quoqꝫ peccatricē epūs ad xp̄m redeuntē: benigne susciperet. Sꝫ cū epūs se tētari dubitaret eidē respondit: ꝙ eū solū videre nō posset. Cū aūt ad eū corā pluribꝰ aduenisset: ad pedes eiꝰ ꝓcidit: ⁊ amarissime flere cepit: dicēs: se eē pelagiā .i. pelagus iniquitatis exundās fluctibꝰ petoꝝ: q̄ multas aīas in abyssum perditionis demerserat: sed nūc oīa ꝑhorrebat. Quā epūs clemēter suscipiens: penitentiā ei salutarē iniunxit: ⁊ sacro baptismate regenerauit: illāqꝫ esse colūbā: quā viderat: recognouit. Diabolus autē in aere vociferabaꝛ: ⁊ de nono sene: q̄ sibi spē suā abstulerat: diris clamoribꝰ conq̄rebaꝛ. ¶ Quadā nocte pelagiā dormientē diabolus excitauit: ⁊ eā multis blanditijs adulari cepit: gloriā quoqꝫ ⁊ diuitias ipi collatas cōmemorabat: ⁊ si xp̄m vellet relinquere: adhuc maiora ꝓmittebat. Illa xp̄o se signans in euꝫ sufflauit: ⁊ demon statim euanuit. Die xp̄o tertio oēs seruos suos ⁊ ancillas manumisit: ⁊ cūcta q̄ habebat: pauperibus tribuit. ¶ Post aliquot dies cūctis ignorātibꝰ noctu aufugit: ⁊ in montē oliueti deuenit: vbi habitū virilē heremite sumēs in parua cella se collocauit: ⁊ deo in multa abstinentia seruiuit. Maxime aūt fame ab oībus habebaꝛ: ⁊ frater pelagius dicebaꝛ: virqꝫ ab oībus putabatur. ¶ Post hec aūt dū quidā diaconus dicti noni epī hierosolymā loca sancta visitaturus aduenisset: quendā monachū noīe pelagiū in mōte oliueti de mādato epī requisiuit: ⁊ ipm inueniens visitauit: qui ab ea cognitꝰ: ipam tabefactā minime recognouit. Cui dixit pelagia: vt se orationibus sui episcopi cōmendaret: qꝛ vere apostolus christi esset. Recedens inde diaconus: cū die tertio ad cellam redisset: et pulsanti ad ostium nemo sibi respondisset: fenestram aperuit ⁊ mortuā eam vidit: qui cū epō nunciasset: ⁊ ille ad sancti viri celebrandas exequias cū clero et populo conuenisset: extrahentes corpus eius de cella: quē virum putabant: feminā inuenerunt: ⁊ deo gratias agentes: corpus eius in eodem monte deuote sepelierunt: dormiuit autem in pace sancta dei. viij. idus octobris circa annum domini. cclxxx.

¶ De sancta Margareta dicta pelagius virgine Cap. xxxviij.

Margareta dicta pelagiꝰ virgo speciosissima diues ⁊ nobilis apud egyptū: tāta fuit parentū solicitudine custodita: ⁊ moribꝰ optimis instituta ꝙ ab oībus videri modis oībus renuebat. Deniqꝫ cuidā adolescēti nobili a parētibus in coniugiū tradiꝛ: ⁊ cūcta nuptijs necessaria immēsa gloria ꝑparanꝛ. Cum aūt die nuptiarū iuuenes ⁊ puelle ⁊ nobiles cūcti festa cū gaudio celebrarēt. Virgo dn̄i deo inspirāte cōsiderās virginitatis damnū: tam dānosis plausibus reparari: cepit oīa huius vite gaudia quasi stercora reputare: vnde nocte illa a viri ꝯsortio se abstinēs: media nocte illo soporato se deo cōmendauit: ⁊ tōsis crinibus in virili habitu clam aufugit. Longe aūt ad quoddam monasteriū veniens ⁊ fratrē pelagiū se dicens: ab abbate receptus est: ⁊ diligēter instructus. Qui tā sancte ac religiose vite se habuit: ꝙ defuncto sanctimonialiū ꝑuisore de senioꝝ consilio ⁊ abbatis imperio: lꝫ inuitus monasterio virginuꝫ est prelatus. ¶ Dū ergo eis nō solū corpoꝝ necessaria: sed etiā animarū pabula ministraret: diabolus eius sanctitati inuidēs: vt vite eiꝰ innocentiā diffamaret: vnā ex virginibus que ostiaria erat in adulteriū traxit: ⁊ vtero intumescente cū iam celari non posset: pudor ⁊ dolor maximus monachos ac virgines cōsternatꝰ est. Solusqꝫ pelagius: vtpote earū familiaris sine vllo examine ab oībus condemnaꝛ: ⁊ cū ignominia foras pelliꝛ: ac in quodā specu recluditur: eiqꝫ monachoꝝ seuerissimus deputaꝛ: qui ei paneꝫ hordeaceuꝫ ⁊ aquā tenuissime ministrabat. At ille oīa patiēter sustinebat: ⁊ deo gratias agēs per sanctoꝝ exempla se continue confortabat. Tandē cum finē suū adesse cognouisset: monachis per lr̄as mādauit suū genus: nomē ac cōditionem reuelās: dicēs ꝙ vir fuerat nō ꝓ conditione mētita: quod inter feminas ostēdisset: petens vt quam viri feminā nescierant: sorores sancte sepelirent: vt feminē virginē recognoscerent: quam calūniatores virū adulterum iudicassent. His auditis monachi ⁊ sanctimoniales ad speluncam cōcurrunt: pelagium mortuū cōspiciunt: feminam ⁊ virginem intactam cognoscunt: ⁊ penitentiam agentes in monasterio virginum honorifice sepelierunt.

¶ De sctā Thaide meretrice. Cap. xxxviij.

Thais meretrix apud alexādriā tante pulchritudinis extitit: vt multi ꝓpter eā venditis substantijs suis ad vltimā paupertatē deuenirēt. Amatores qꝫ sui pre zelo litibꝰ īter se cōsertis: puelle limina frequenter sanguine replebant. Qđ audiēs pānutiꝰ abbas sumpto sclari habitu: ⁊ solido aureo ꝓfectus est ad eā: deditqꝫ ei soliduꝫ quasi pro mercede peccādi. Cūqꝫ camerā secuꝫ ingressus lectū preciosum ascendere inuitaretur: interrogauit si esset secretius cubiculū: qđ

nullus ingrederetur. Que duxit eũ in interio-
rem cellam: dicens ꝙ nemo illũ ibi videre poſ-
ſet: niſi ſolus deus. Interrogataqꝫ a patre: an
ſciret eſſe deum. Reſpondit: ꝙ ſciebat deũ: et
futurũ ſeculum: ⁊ tormenta peccatorũ. Quã ſe
nex iterum interrogauit: ſi hec eſſe noſcet: cur
tot animas hominũ ſuãqꝫ perderet. Que mox
cõpuncta ad pedes eius procidit: ⁊ penitentiã
poſtulauit. Tuncqꝫ abbas illi locũ conſtituiſſet
vbi ad ſe venire deberet: quatenus ſup eius ſa
lute diſponeret. Illa colligens omnia: que ex
peccato lucrata fuerat: in medio ciuitatis om-
ni populo ſpectante combuſſit. Erat autẽ pre-
cij librarũ auri. cccc. Quibus incenſis ad locũ
ſibi ab abbate conſtitutũ perrexit. Quã ille in
cenobio virginũ in parua cella recluſit: et oſtiũ
plumbo ſignauit: paruãqꝫ feneſtrellã reliquit:
per quam ei modicus victus inferretur: iuſſit
qꝫ diebus ſingulis parũ panis ⁊ aque ei a cete-
ris miniſtrari: mandans vt etiam vrinã ſuam in
cella effuderet: q: tali fetore digna eſſet. Et cũ
quereret quomodo deũ adorare deberet prohi
buit ne deũ nominaret: ſed tm̃ incumbens cõ-
tra orientẽ reſpiceret ac diceret. Qui plaſmaſti
me miſerearis mei. ¶ Poſt annos aũt. iij. pã-
nutius ei compatiens ad abbatẽ antoniũ per-
rexit: vt quereret an ipi deus adhuc pctã ſua
thaidi dimiſiſſet. Et narrata cã antonius man-
dauit: vt oẽs diſcipuli ſui illa nocte in oratione
vigilarẽt: quatenus deus ſuper hoc aliq̃d eorũ
cuiqꝫ reuelaret. Nocte ꝯo paulus maior antonij
diſcipulus: vidit in celo lectũ precioſis virgis
ordituz: quẽ tres virgines ſplendide cuſtodie-
bãt. Tuncqꝫ paulus interrogaſſet: an eſſet anto
nij: audiuit ꝙ nõ: ſꝫ thaidis meretricis. Qd̃ cũ
mane retuliſſet: abbas pãnutius letus diſceſ-
ſit: ⁊ ꝓfectus ad monaſteriũ oſtiuz celle deſtru
xit. Et cum illa rogaret vt adhuc maneret in-
cluſa: iuſſit eã egredi: qm̃ dimiſerat ei deus pec
cata ſua. Et cuz illam eduxiſſet diebus. xv. ſu-
peruixit: ⁊ in monaſterio virginũ in pace pau-
ſauit: vbi ⁊ cum honore ſepulta fuit.

¶ De ſancta Reparata virgine et martyre. Cap. xxxix.

Reparata virgo. xij. annorum paſſa eſt in ciuitate ceſarieſi ſub decio ceſa
re. Que nobili genere ipſius
vrbis exorta: cum ieiunijs ⁊
orõnibus vacaret: a decio de
tenta eſt: vt dijs ſacrificaret.
Quod dum facere contemne
ret: plumbo liquefacto iuſſu ceſaris perfundi-
tur: ſed plumbo tepefacto in nullo leditur. De-
inde acetum feruens in os eius diſtillatur. Et
dum hoc patienter toleraſſet: lampades arden
tes ad latera ipſius apponuntur: ⁊ poſt hec in
caminuz ignis mittitur: ſed a chriſto cuſtodita
inde omnino illeſa et inuſta producitur. Ite-
rumqꝫ coſte ipſius ac pectora faculis ardenti-
bus inflammãtur. Et dum in his omnibus vi-
ctoriam obtinuiſſet: ⁊ decio ſuadenti conſenti-
re nollet. Iuſſit virginem in craticulã extendi:
⁊ prunis ſubter ſtratis diutius torreri. Deinde
ſic aſſatam per totam ciuitatem nudam circun-
duci ad exemplum chriſtianorũ. Sed dum chri
ſtum viua voce confiteretur: et chriſtianos ad
tolerantiam hortaretur: reducta ad ceſarem vn
gulis crudeliter laniatur: deinde teſtulis mar-
moreis ſuperextenditur: ⁊ calce viua aqua ſu-
perinfuſa: ac ſale adhibito eius vulnera confri
cantur: poſtmodũqꝫ ſinapi aceto liquefacto per
funditur: ac deinceps ſpinoſis fuſtibus eradi-
catis duriſſime ceditur. Et cum hec omnia cõ-
ſtanti animo ſuperaſſet: extra ciuitatẽ educta:
iuſſu decij decollatur: caputqꝫ eius ipſi vt man-
dauerat preſentatur. In cuius decollatione viſa
eſt colũba candida de ore eius exire: ⁊ in celũ
ſubito auolare. Cuius corpus iuxta murũ ciui
tatis ſepultum eſt octauo idus octobris. Inde
proceſſu tẽporis tranſlatũ quieſcit in florẽtia.

¶ De ſancta Benedicta ꝟgine ⁊ mar. Cap. xl.

Benedicta virgo et martyr apud lugdunũ ci
uitatẽ paſſa eſt.
Que ex ſenatori
bus romanis i vrbe ꝓgenita:
religione xpiana: ſpreto ſclo
cũ. xij. virginibus dño in pu-
dicicia ſeruiebat. Audito xpo
certamĩe ſctõꝝ martyrũ quin
tini ⁊ alioꝝ: qui roma egreſſi in gallijs triũpha
runt: ipa de vrbe cũ ſodalibus diſcedẽs ad gal-
lias acceſſit: vbi ceteris a ſe ſeparatis ipſa cum
ſola ſcoberia eius collactanea lugdunũ venit:
⁊ in villa myrniaco ſuper fluuiũ iſaram: iuxta
nemus reſedit: vbi domino in ſanctitate ſerui e
bat. Quã iudex macrobius detentam: dum ſa-
crificare nollet: alapis cedi: deinde virgis fu-
ſtigari fecit: deinde in equuleo leuari: ⁊ diuti⁹
tortam plumbatis contundi: atqꝫ depoſitam in
carcerem trudi mandauit: vbi angelica viſita-
tione conſolata: ſua predicatione. cl. gentiles
ad chriſtum conuertit. Inde quoqꝫ ipſam edu-
ctam ⁊ in fidei confeſſione perſiſtentem: iuſſit
iterum iudex neruis cedi: ⁊ rurſum carceri mã
cipari. Sed inde ab angelo ianuis reſeratis e-
ducitur: ⁊ vulnera eius omnia ſanantur. Mul-
tiqꝫ de populo viſo miraculo conuertunt. Pro-
pter quod ab ipo iudice ſimul ⁊ carnifice ſecu-
ri templo excuſſo mactatur: ſicqꝫ martyrio coro
natur. viij. idus octobris. Sepulta in lugduni
ciuitatis territorio vbi paſſa fuerat.